



Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

§. 1. Ad judicium Dei prouoca[n]tium diuersæ sortes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45653

Cap. XXXVII. Multos sanctos ad Dei tribunal prouocasse. 389

autem in Domino speravi : exultabo & latabor , in misericordia tua. Perer. in e.
Plura de omni sacro & licto, ac profano & illico & superstitio. ^{24. Genes.} _{vers. 13.}

C A P V T X X X V I I .

*An Deus aliquorum innocentiam , vel iustitiam declarat , qui
aduersarios suos, ad vallem Iosaphat citant, aut qui addi-
uinum iudicium prouocant ?*

Dertinent ad Politicas sortes etiam exploratoriæ probatiō-
nes, quibus fortuito euentui veritas culpæ vel inno-
centiæ permittitur decidenda; & sāpe non sine eui-
denti miraculo, deciditur. Inter has iudiciarias
disquisitiones, est etiam illa vna, qua se se homines,
mutuō, *in vallem Iosaphat*, & ad diuinum tribunal solent citare. In qua citatione vel damnandā, vel imitandā homines possunt cō-
mittere temeritatem. Sāpe enim eiusmodi citatio à Deo est, sā-
pe contra Deum: sāpe contemni debet, sāpe formidari: vt enim
vel licita est, vel iniuriosa; ita supremus iudex, per eam, vel vult,
vel non vult iudicia sua manifestare. Sicut etiam duplicitis gene-
ris homines, qui hac prouocatione vtuntur, rei & innocentes; san-
cti & impij. Duplex etiam generatim loquendo, est finis, bonus
& malus. Et modus quoque ipse non est idem. Aliquando ad iu-
dicem Deum absolutè duntaxat appellatur; aliquando iubetur
aduersarius ad tribunal eius, intra certos dies, menses, aut annos;
aliquando, nullo certo tempore nominato, se sistere. Cum ergo
impium sit, sanctos temeritatis damnare, qui subinde tyrannum,
aut alios, ad comparendum, coram Deo, citauerunt; & stultum
quauis ex caussa, ad summum iudicem prouocare: afferam primò
caussas, & exempla licitæ, postea etiam illicitæ citationis, ob quam
Deus iudicij sui arcana mortalibus vel negavit, vel patefecit.

*Qui innocentes iniuriā afficiuntur, & vitā digni mortis
sententiam accipiunt, vidēntque nullum sibi, in humanis auxilijs,
præsidium superesse; rectè ad Deum configiunt, cui placere non
potest, si gladius, quem Principibus & Magistratibus, in vindictam
malefactorum concessit, stringatur in innocentes. Non accipiet Eccl 35.16.*

A a a

Dom.

I.

II.